



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 156. Epistola Pontificis ad Franciæ Regem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. A. C. 1447. summos Pontifices ingenti pompa, ac maximis impensis solemnes illas Legationes decernunt, obsequii sui fidem professuri. Cum vero Ludovicus Sabaudiaë Dux per suos Legatos Carolum Regem rogasset, ut Synodum convocaret, priusquam Nicolaum pro vero Pontifice agnosceret, Rex, donec Sabaudi postulatis respondisset, suos ad Papam Legatos decernere aliquamdiu distulit. Sabaudus interea, ut eo certius postulata consequeretur, ipse Regem Bituricis adiit, ubi plurima utrinque colloquia hac de re habita fuere. Cum autem ambo pari studio unionem exoptarent, nullo negotio in omnia restituendæ pacis media conspirarunt. Igitur Sabaudiaë Dux omnem se navaturum operam spondit, ut Amadæum Patrem suum ad Papatus abdicationem induceret, Carolus VII. quoque hanc cessionem pro viribus suis urgere pollicitus est, ante omnia tamen Nicolaum verum, ac unicum Papam colere decrevit, eidemque ad literas, quas vix peracta sui electione Regi miserat, responsum dedit.

§. CLVI.

Epistola Pontificis ad Regem Franciaë.

Data erat hæc Neo-electi Pontificis epistola ad Carolum die vigesima prima
prima

prima Martii. In ea Regem de electione sua certio-
 rem factum hortatur, ut *solennes in Regno suo supplicationes fieri juberet, simulque precibus omnium fidelium Altissimo supplicaretur, ut ipsi gratia sua assistat, & dirigat actus ejus, ut possit con-*
 digne regere Ecclesiam, & ea agere, quæ spectant ad salutem fidelium, extirpationem hæresis, pacem populi Christiani, & infidelium oppressionem, Pollicetur ex parte sua, reducere Cameram Apostolicam ad antiquos, & laudabiles mores, ac omnia agere, quæ spectant ad honorem, & statum Regis, & Regni, & complacentiam votorum suorum.

Sæcul. XV.
 A. C. 1447.

Conc. gener.
 Labbei tom.
 13. p. 1321.

§. CLVII.

Alia ejusdem Pontificis epistola ad omnes Fideles adversus Amadæum.

Idem quoque Papa in forma cujusdam Bullæ aliam dedit epistolam ad omnes Christi Fideles, quæ tamen nonnisi duodecima Decembris scripta legitur. In ea Amadæum appellat *fautorem & iniquitatis alumnum, dicitque, ne ejusdem fautorum atque sequacium invalescente malitia furor hujus tempestatis invalescat, & ad similia animos aliorum inducat, præsertim in Regno Franciæ, cui vicina Sabaudia est & proxima, auctoritate Apostolica Amadæo Ducatum Sabaudicæ omnemque hujus notorii schismatici, hæretici, excommunicati, &*

Ibid. p. 1322.